

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

## C X I.

AGNES COMITISSA DE URA ET DE FRIBURC PRO-  
PRIETATEM CURTIS IN VILLINGEN AD EXSTRUENDUM  
IBI PARTHENIUM SANCTIMONIALIBUS  
DONAT.

A N N O      M C C X X X V I.


*Ex Archivo Fürstenbergico.*

**Q**uia rerum gestarum veritatem & ordinem de facili delere confuevit oblivio, maxime dum in longum temporum extenditur successio, idcirco providorum hominum follercia, quidquid agitur, scripture Testimonio decrevit commendare: Notum sit ergo omnibus tam futuris quam presentibus quod quedam Sorores Christo devote volentes in villa *Villingen*, ad serviendum Domino, sibi mansiunculam construere; quandam curtim ibidem sitam a vidua cuiusdam Hiltegeri, & ab heredibus suis, qui civis ejusdem Civitatis extiterat, per quandam pecunie summam comparaverint. Ego autem *A. Comitissa de Ura & de Friburc*, quando eadem curtis jure proprietatis ad me spectabat, filiorum meorum super hoc habens assensum. quidquid in ea juris habebam, ipsis iure perpetuo contuli possidendum. ut ergo prefate vidue venditio, quam nostra donatio rata permaneat, & in posterum a nullo retractari valeat, prenominatis Sororibus paginam presentem dedimus sigilli nostri muni-

mine

mine confirmatam. Acta sunt hec Anno ab Incarnatione Domini M. CC. XXXVI. in presentia Testium subscriptorum. U. de Valckenstein. W. de Stouphen. H. Sculteti Ragini. H. de Offenburc. B. Stachelini. G. & C. & Domini Ottonis & Filii sui. & C. Jochelini. H. Fratris sui, & aliorum quam plurimorum. Datum in villa Vilingen Annis Domini prenotatis

||  
(L. S. penfili.)



## CXII.

ADELHEIDIS COMITISSÆ FRIBURGENSIS ET  
FILIORUM EJUS CHARTA, QUA AREAM CURIÆ  
TENNEBACENSIS PROPE FRIBURGUM  
A CENSU ANNUO LIBERAM  
REDDUNT.

ANNO M C C X X X V I I .

*Ex autographo Tennebaciensi.*

**A** delheidis Dei gratia Comitissa de Friburc. C. B. H. & G. (a)  
filii fui omnibus in perpetuum.

(a) Literæ hæ initials significant Conradum & Bertoldum & Henricum &  
Gotfridum. Vid. Tom. I. Tab. V. ad pag. 221.

*Cod. Dipl.*

C c